

vt omnia, ita etiam desideratissimum triumphum iste finxerat. Sic etiam apparet, quam vim habeat illud οὕτω; et cum hac etiam explanatione stare poterit GESNERI quidem versio. — c. 33. pag. 55. τὰ δὲ τῶν ἄλλων ἐρείπια ἤδη ἐκπεφύρηται. Voculae τῶν ἄλλων essent referendae ad historicos, quorum opera quasi in rudera mutasset Lucianus, quae iam ex area exportata sint. Sed omnino mihi displicet, eiusmodi significationem a glossatore potius quam a Luciano expectanti. — c. 35. Ἀλλὰ ποῦ τὸ τῆς τέχνης καὶ τὸ τῆς συμβουλῆς χρήσιμον; οὐκ ἐς ποίησιν etc. Non satis responsio interrogationi est consentanea; quare legendum suspicor ποῖ τὸ τῆς etc. quorsum spectat; iam bene respondet ἐς. Ita certe in Euripidis Hecuba vs. 757. Agamemnon interrogat: ποῖ sc. ἐξέπεμψεν. et Hecuba respondet: εἰς τήνδε χώραν. — c. 40. cf. Ind. v. πάλαι. — c. 42. p. 67. καὶ ἐπάγει τὸ χρήσιμον, καὶ ὃ τέλος etc. illud καὶ ὃ non placet; nam non est sermo de rebus diuersis. legerem ὃ καὶ aut Φησὶ, quod sequitur, dele- rem, vt illud ὃ referatur ad totam enunciatio- nem ὡς εἶποτε etc. — c. 44. εἰς σκοπὸς ὁ πρῶ- τος. Num sic Graece dicatur, non liquet. Sed ὁ πρῶτος potest esse glossema. — c. 46. Vo- culae in parenthesi positae, τραχὺ γὰρ, super- vacuae videntur, quum caussa, cur ea scribendi ratio improbanda sit, statim adiiciatur. Sed haec hactenus; neque attuli, quia necessario haec omnia mutanda censeam, sed vt ii, quibus